

honores ipsius toto posse, & pro viribus defendere, conservare, & augmentare sicut fideles, & legales vassalli servire, & obedire eorum Dominis tenentur secundum quod in usu feudorum novo, & veteri continetur, & sic juravit ad sancta Dei Evangelia tactis Evangeliiis sacrosanctis. Post hæc, & in continenti in signum mutæ, & perpetuæ dilectionis servandæ, & fidei pacis osculum intervenit. Quam quidem investituram, seu infeudationem vult dictus Dominus Episcopus eo modo valere, quo melius 10 dicta concessio, seu infeudatio valere potest de jure, non præjudicando juri in aliquo, seu alicui sinodali, vel provinciali constitutioni generali, vel speciali, nec alicui juramento per dictum Dominum Episcopum præstito in consecratione, vel alias, sed tantum prædictam concessionem facere, & fecisse intendit, si de jure apparuerit quoquo modo licite per eum fieri potuisse. Adjiciens dictus Dominus Episcopus, quod si aliquo jure modo, & forma eidem constaret, seu de jure aliquo modo, & forma eidem 20 prædictam infeudationem, imo verius infeudationis confirmationem ordinate per dictum Dominum Episcopum fieri non posse, nec etiam a suis prædecessoribus fieri potuisse, dictam concessionem, infeudationem, seu confirmationem, & quidquid inde factum est ex eo, vel ob id vult pro infectis haberi, & inde tum dictus Dominus Episcopus, quam dictus Dominus Mattheus duo instrumenta unius, & ejusdem tenoris mihi Notario infra scripto fieri præceperunt ad consilium unius, & plurium sapientum, 30 & reficiendum quodcumque ec. Ego Visconus Mascharus de Bistagno Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & singulis interfui, & hanc cartam mihi jussam scripsi.

(1) Scilicet Carreto.

*Sententia Guillelmi de Oddono Castellani  
Bistagni pro Aquensi Episcopo.*

296

MCCCXLVI.

Anno Domini MCCCXLVI., indictione XIV., 40 die XVIII. mensis martii in Bistagno ubi jus redditur præsentibus Francisco Rabini, Pagano Culardo, & Francisco filio Nicolini Culardi omnibus de Bistagno testibus ad infra scripta rogatis, & vocatis Dominus Guillelmus de Oddono de Ancisa Castellanus Bistagni pro R. Patre, & D. D. Guidono Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensi Episcopo, & Comite sedens pro jure reddendo condemnavit Gyraldum Copellum nuncium communis Bistagni constitutum curatorem generalem, & spe- 50 cialem in bonis, & juribus, quæ quondam fuerunt Domini Pagani de Meladio, & Bastardi ejus filii tamquam bonis vacantibus, & defensis ibi præsentem, & consistentem, quatenus det, & solvat Dominico Culardo de Bistagno procuratori Dominicæ Arminæ, & Domini Antonii filii dictæ Dominicæ Arminæ, & matris Genevræ quondam uxoris quondam dicti Bastardi quondam Domini Pagani de Meladio libras CCXL. denariorum bonorum Astensium cum melioramento monetæ contentæ in carta dotis 60 dictæ Genevræ ab XXVIII. annis citra, & den. VI. pro condemnatione usque ad dies X. proximos venturos in banno solid. X.

Et ego Goslinus Notarius Sacri Palatii hanc condemnationem mihi jussam sic feci, tradidi, & scripsi.

*Decretum Vicarii Gen. Archiepiscop. Mediol. pro  
jurisdictione Eccl. Maj. Alex. in incolas  
ejusdem Civitatis.*

297

MCCCXLVII.

In nomine Domini amen. Anno MCCCXLVII., 10 indictione XV., die XII. mensis martii. In palatio novo civitatis Alexandriae in pleno, & generali consilio dictæ civitatis ibidem sono campanæ, voceque præconis more solito congregato ibidem R. D. Joannes de Puteo Vicarius generalis RR. D. Johannis Dei gratia Archiepiscopi Mediolani unæ cum R. D. Antonio Guasco Archidiacono, R. D. Petro Merlano Archipresbitero, R. D. Mattheo Inviciato Præposito repræsentantes totam Ecclesiam majorem civitatis Alexandriae, & spectabilibus D. D. 20 Petro de Castellione Potestas dictæ civitatis cum D. D. antianis, & aliis D. D. videlicet D. Julius Guascus, D. Manfredus de Octobelis, D. Ogerius Provera, D. Ruffinus Illia, D. Antonius Longa, D. Obertus Olarius, D. . . . . D. Joannes Mar-ruellus, D. Carbonus Inviciatus, D. Ricardus Merlanus, D. Manfredus Trottus, D. Aurculus Ghiglius, D. Julianus Squarzacichus, D. Petrus Privignanus, D. Gaspar Berraschus, D. Johannes Mantellus, D. Johannes de Puteo cum omni plena po- testate repræsentantes totum consilium ordinant, & volunt, quod ordinatio perpetuis temporibus duret, quod omnes habitantes in civitate Alexandriae sint sub potestate Ecclesiæ majoris civitatis Alexandriae dummodo non sint de civibus antiquis non habentibus domos in dicta civitate: etsi venerit tempus opportunum, quod emant domum, infra annum emtionis possint, & valeant se eligere domicilium, & sepulturam in dicta civitate, ubi eis videbitur, & secundum devotionem ipsorum habitatorum: sicut in lege notatum est, quod . . . . . possit transferri domicilium de uno Episcopatu in alium, non habita licentia Episcopi prioris domicilii, & jus domicilii tollitur non ipso, quo quis se transfert ad alium locum ecc. Et R. D. Joannes de Puteo Vicarius ut supra, & D. Archidiaconus, D. Archipresbiter, & D. Præpositus de voluntate omnium, & singulorum religiosorum confirmant, & volunt, quod hæc ordinatio habeat locum, & duret perpetuis temporibus; & si quis attentare præsumserit, si sint religiosi, sint ipso jure excommunicati: si sint Laici, solvant libras decem, quæ medietas sit fabricæ Ecclesiæ majoris Alexandriae, & alia pars sit civitatis. Quibus omnibus sicut supra gestis, ac factis præfatus D. Vicarius cum voluntate prædictorum approbavit, affirmavit, & auctoritatem suam interposuit, & interponit, mandantes de præmissis fieri publicum instrumentum per D. D. Stortolionum Notarium dictæ civitatis præsentibus testibus D. Petrus Grassus, D. Georgius Arnutius, D. Antonius Calcamugius, testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis specialiter, & rogatis.

Ego Nicolaus Marcherius filius quondam D. Gutie civis Alexandrini publicus imper. auct. Not. prædictis omni-